

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

### **Jonstoni Historia Naturalis**

Ioannis Jonstoni|| Theatrvm|| Vniversale Omnivm|| Animalivm||  
Qvadrupedvm

**Jonston, Jan**

**Heilbrunna, MDCCLV.**

**VD18 90528808**

Illustration: Tab. LIII. Pardus. Leopardus. Parderthier. Leopard; Pardus  
Parderthier; Tigris. Tigerthier.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10966**

Pardus . Leopardus  
Parderthier Leopard



Pardus . Parderthier



Tigris . Tigerthier



HISTORIAE NATURALIS  
DE  
QUADRUPEDIBUS  
LIBER III.

De Quadrupedibus Digitatis viviparis.

TITULUS PRIMUS

De Digitatis viviparis Feris.

CAPUT I.

De Leone.

**H**ACTENUS de Bisulcis actum est, sequuntur *τεραποδα* digitata, Graecis *πολυσκοδη* et *πολυδάκτυλα*, quae vel sunt *ζεύκτωνα*, seu vivipara, vel *οὐόρονα* seu ovipara. Illa iterum vel sunt *Fera*, quae aut sunt feris moribus imbuta, aut difficulter cicurantur, aut si aliquando mitiora redduntur, nunquam tamen ferociam penitus deponunt, vel *Semifera*, vel *Domestica*, quibus appendicis loco *Dubia* addi posunt. Ex illis sunt *Leo*, *Pardus*, *Lynx*, *Tigris*, *Vulpes*, et *Lupus*. *Leo*, Graecis *λέων παρα τὸ λαῶ*, video, quod perspicaci prae caeteris oculorum acie polleat, et *θηρίον* per antonomasiā dicitur. Catulos Aeschylus *οὐραναλλα*, vulgus *σκύμνος* ab obmurmurando Poetae Plin. H.N. *λεοντίδες* et *λεοντίσκες* appellant. Plinius 1. 8. c. 36. ursum Numidicum, dum scribit: Domitium Rhenobarbum Aedilem curulem, ursos Numidicos centum, et totidem Aethiopes venatores in circo dedisse, Lipsio adpellare videtur. Sed perperam nisi forte pro Ursos, Leones substituendum sit. Parum enim credibile est, si Romani pro leone dixissent ursum Numidicum, ignoraturum id fuisse Plinium, qui meminat et apud Maronem Acestem vestitum induci Virgil. Aeneid. 5. --- pelle Libytidos ursae.

Dio quoque seu Xiphilinus ab ursis feras Libycas distinguit, ut taceam, neminem veterum tam insolentis locutionis meminisse. Aristoteles eum *Descriptio* capite mediocri, fronte quadrata in Aristot. H. A.I. 6. c. 31, medio cava posuit, supercilio eminenti, et nasum versus cuiusdam nubis instar porrecto, oculis charopis, non valde volubilibus, neque valde prominentibus. Recentiores medios inter cavos et extantes *oculos* notavere, *nasum* crassiore potius, quam tenuiorem, superiore maxillam inferiori aequalem, rictum instar ovis amplum, labia tenuia, ita ut partes superiores superiectae sint inferioribus, *collum* rigens et magnum, mediocriter crassum, *pedes* robustum, metaphrenum latum, medium *ventrem* gracilem, *crura* valida et nervosa, *pilos* flavos, neque rectos, neque valde crisplos. *Pedes* anteriores quinis digitis, posteriores quaternis distinguuntur. Leaenam a mare iuba, qua caret, et binae in medio ventre mammae distinguunt, ex quibus numerum catulorum arguere non licet. Lactis inde inopia, adsumto in sui nutrimentum cibo, quem rarius adsumit. *Interiora* suspectes, Musculos temporales. Galenus de Uso part. I. 9. cap. 19. fortissimos habet, ut mordendo valeat, *Lingua* asperitate imbricata horrentem, *Viscera*, canum